UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nestoris Nouariensis vocabula suis locis: & s[e]c[un]d[u]m Alphabeti ordinem collocata ...

Nestor, Dionysius

[Straßburg], 1507

VD16 VD16 ZV 4606

Am ante AS

urn:nbn:de:hbz:466:1-98842

Visual Library

nata: cuius populi Marſi vocitati ſunt:teſte Pli
nio lib.vij.natu.hiſt.Sunt & alij eodē noīe:po
puli Scythiæ: teſte Herodo.li. hiſto.iiij. Maſia
(gręci μαρσύας)cū y gręco ſcribit̄:ꝓpriū
fuit viri nomē.de q̄ Iuue. Occurris fronte ob/
ducta ceu Marſia vict⁹.Hic a Phœbo excoria/
tus:teſte Ouid.lib.Faſtoꝝ.vi.in fontē ſui noīs
cōuerſus perhibet̄: q etiā in Meandrū fluuium
cadit:dicēte Luca.li.iij.Qua celer:et rectis deſcē
dens Marſya ripis.Errantē męandron addit:
mixtuſq; refertur.

Martyr cū t exili & y gręco ſcribit̄: & nōnunq̄
more gręco cū ſ ī fine termīat̄ martyr:et apud
nos teſtis trāſfert̄:auctore Aug. ī ſer.martyꝝ.

Martis.Require in dictione martyr

M ante AS

Mas ꝓ maſculo facit in gtō maris.

Maſpiter martis pater facit in gtō maſpitris: &
maſpiteris:teſte Priſciano.

Maſſicus cū duplicato ſ & i latino & c exili ma/
ſcu.gn̄is in ſingu.nume.in pl̄ali neu.gn̄is eſt:
teſte Seruio ſup li.ęnei.vij.Syllius li.vij. Maſ/
ſicus vniferis addebat noīa glebis. Vir.li.p̄fa/
to.Vertūt fœlicia Baccho.Maſſica mons eſt q̊
maſſicum vinum cognominatū eſt

Maſſylei.Require in dictōe maſſilia

Maſſilia cū duplicato ſ & i lati.vtrobiq; & vni/
co l ſcribit̄:vrbs eſt in Narbonēſi ꝓuincia:teſti
bus Solino & Iuſtino li.xliij. cui⁹ meminit Lu
ca.li.iij. dicēs.Quāuis Heſperiū mūdi ꝓpere/
mus ad axem:maſſiliā delere vacat.Mart̄. Fu/
mea maſſilię ponere vina potes:vbi ſi ſyllaba
correpta eſt:Ab hac maſſilia Maſſilienſes dicti
ſunt.Ptolemęus ponit duas maſſilias in gallia
Narbonēſi:quaꝝ vnam dicit eſſe Comanaꝝ.
Aliā Sallium.Maſſylia cū duplicato ſ & y gręco
in ſecūda ſyl.& vnico l & i latino in penul/
tima:vrbs ē mediterranea Lybiæ:teſte Ser.ſu/
per li.ęnei.iiij.de qua meminit Luca.lib.iiij.cū
ait.Et gens q̄ nudo reſidēs maſſylia dorſo.vbi
ſy ſyllaba ꝓducta eſt.& ab hac maſſylia Maſ/
ſyli & maſſylei vocitati ſunt.Syllius lib.ij.Hic
medius iuuenū maſſylæ gētis in agmen.Mar.
Audit̄ quantū Maſſylla p auia murmur.Idē.
Et maſſileum virga gubernabat equum

Maſſilienſes.Require in dictione maſſilia

Maſſyli.Require ibidem.

Maſtigias cū i latino vtrobiq; gręcū eſt vocabu
lū.Neq; ex mano manas:& ſtix ꝯponit̄ :quaſi
ſtyge manās:maſtigias dicat̄: vt cum Cathol.
ſompniauit Vgu.etiā hic & hęc maſtigia decli/
nari [illegible]cipiēs:dici pōt flagifer: q ab alijs ſeruus
dr̄ ſępi⁹ cęſus:vel cędi dign⁹.Plau. Crucior la
pidē nō hr̄e:vt illi maſtigiæ cerebrū excutiam

M ante AT

Matella.Require in dictione matula.

Matellio.Require ibidem.

Materia & materies in vno ſ̄cato accipi p̄nt: te/
ſte Seruio ſup li.xi.ęnei.dicēte Vir.li.p̄fato.Ia
cet oīs ad vndā materies.i.om̄e lignū.Hora.ī
arte poe. Publica materies priuati iurꝫ erit.Si.

Materies.Reqre in dictione materia

Mater.Req.in dic.matrix.

Matercula.Ibidem — Martertera.Ibidē

Matricula.Ibidem — Matrimes.Ibidem.

Matrix hui⁹ tricis format diminutiue matricula
mater ꝟo matercula.Hora.in epiſto.Dū pue/
ris om̄is pater & matercula pallet. Matertera:
ſoror matrꝫ dr̄:q̄ & matruelis vocat̄.Matrue/
les item filij et filię matertere appellant̄.Matri/
mes nō is dr̄:cui mater defūcta eſt:vt inſci⁹ tra
dit Vgu.ſed cui mater adhucviuit:auctore Pō
peio in hęc ꝟba dicēte in dictiōe flaminia.Fla/
minia(inqt)dicebat̄ ſacerdotula:q̄ flaminicæ
diali p̄miniſtrabat: eaq; patrimes & matrimes
erat.i.prēꝫ matrēq; adhucviuos hēbat.hęc illę

Matruelis.Reqre in dic.matrix

Matula genus eſt vaſis vrinarij:teſte Pōpeio:ac
etiā aquarij:vt tradit Noni⁹ dicēte Plau.ī Am
phitry.Nec tu poſtulas matellā vnā tibi aquę
infundi in caput. Nā & a matula fit diminuti/
ue matella:teſte eodē Nonio.Vn̄ Mar.Diſpe/
reā ſi tu pyladi p̄ſtare matellā dign⁹ es.At [illegible]
Pōpei⁹:a matella etiā matellionē dīnutiuū eſſe
voluit.q̄d & Varro ꝓtulit li.de vita patrū:cū
dixit.Poſtularet trulleum:matellionē:peluim.

Matur.& maturus matura maturꝝ declinari p̄t
teſte Priſ.& a matur(vt ait)fit ſuplatiuus gra/
dus maturimus:maturus vero maturiſſimus.

Matureo.Reqre in dictōe maturo.

Maturio.Require ibidem.

Maturo ras primę cōiuga.eſt:dicēte Vir. Matu
rate fugā.Matureo matures ſecūdę.Ouid.lib.
Metamor.xiij. Hęc tibi nubilibꝫ primū matu/
ruit annis.Ponit̄ nōnunq̄ maturo ꝓ matureo
Hiero.in Iohele.ca.vl.Mittite falces:qa matu/
rauit meſſis.Cōperit̄ etiā Maturio maturꝫ q̄r/
tæ ꝯiuga. vt eſt apud Quint̄.de cauſis.Contra
libidinem maturire non poteſt

Maturus.Reqre in dictiōe matur.

M ante AV

Mauors.Require in dictiōe mamers

Mauſoleum.Require in dictione mauſolus.

Mauloſum.Require ibidem.

Mauſolus triū ſyllabaꝝ:ꝓpriū fuit viri nomē.
a q̊ Mauſolū ſepulcrū dictū eſt. Nā triſyllabū
Cicero ꝓtulit:& Plini⁹:& ī noctibꝫ atticis. Gel
lius.Sed & mauſoleū tetraſillabū cōpit̄. Mar.
Aere nec in vacuo pēdentia mauſolea:vbi etiā
ſpondeus locū quintū detinet: vt eſt etiā apud
Luca.lib.viij.Pyramides claudunt: indignaq;
mauſolea.Proper.vel mauſolei diues fortuna